



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Practica Cancellariae Apostolicae Cvm Stilo Et Formis In Romana Cvria Vsitatis

Paulus, Hieronymus

Venetiis, 1572

Sequuntur formae conclusionum, quibus hodie vtitur Cancellaria in
rescriptis merae iustitiae ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-10350

Sequuntur formæ conclusionum, quibus hodie utitur Cancellaria in rescriptis meræ iustitiæ. Nam in forma, humilibus, aliquid gratiæ concedit Vicecancellarius, siue Cancellaria in administratione iustitiæ circa commissionem iudicum de antiqua consuetudine, ne partes expectando signaturam, quam omnino haberent, vexarentur expensis & dispendio moræ, quod maximè debet evitari, tam in Rota, quam in Cancellaria, ut in Conclus. Rot. CCCCCCLVII.



CONCLUSIO communis in conquestibus & querelis, & quomodo appellatur ab interlocutoria vel grauamine. Vocatis, qui fuerint euocandi, & auditis hinc inde præpositis, quod iustum vel canonicum in matrimonialibus fuerit, appellanti reo decernas facien. quod decreueris per censuram Ecclesiasticam firmiter obseruari. In causa spoli dictur, & dicto tali, sicut iustum fuerit, restituito.

Nota, quod in conquestibus contra vniuersitatem, officialem, siue dominum alicuius terre, post verbum, obseruari, dices Prouiso ne in vniuersitatem prædictam, vel in terram dicti officialis, vel comitis, excommunicationis vel interdicti sententiam proferas, nisi à nobis super hoc mandatum receperis speciale, nisi impetretur super v suris, vel iniectione manuù violata in clericos, vel causa matrimoniali.

Appellatio ab vnica diffinitiuâ in causa matrimoniali. Mandan. quatenus de sententia huiusmodi legitimè cognoscens, quod canonicum fuerit appellanti reo decernas facien. &c.

Appellatio à duabus diffinitiuis non matrimonialibus in qua secunda confirmat primam. Mandan. quatenus in causa vltimæ appellationis huiusmodi legitimè procedens, dictam posteriorem sententiam confirmare vel infirmare app. reo. curetis, prout de iure fuerit faciendum.

Appellatio à secunda sententia confirmatoria primæ, in causa matrimoniali. Mandan. quatenus de vltima sententia huiusmodi cognoscens legitimè, quod canonicum fuerit appel. reo. decernas facien. &c.

Vbi

Vbi sunt contrariæ sententiæ diffinitivæ & appellatur ab vltima, etiam si sint duæ cōsequenter latæ pro vno Mādamus &c. de vtroque processu cognoscens, legitimè, illū ex eis quem ritè factum fore repereris, autoritate nostra ap pel. reo. approbes, reliquo sicut iustum fuerit reprobato.

Vbi sunt contrariæ sententiæ in causa matrimoniali. Mandan. quatenus de vtroque processu cognoscens legitimè, quod canonicum fuerit appellat. reo & c. facien. &c.

Quando mortuo iudice qui cognoscebat de causa committitur aliis. Quo circa quatenus vocatis, qui fuerint euocandi, & causa ipsa in statu debito per vos resumpta, illam vltèrius audiatis, & quod iustum fuerit appel. reo. decernatis, facientes, quod decernetis. &c.

Commissio admissionis, cessionis bonorum, pro clerico excommunicato, qui est paratus satisfacere quam primum peruenit ad pinguiorem fortunam.

Quo circa &c. si est ita, vocatis creditoribus præfatis, & aliis qui fuerint euocādi, receptaq; per vos ab eodem cessione bonorum prædictorum, necnon idonea cautione, vt si ad pinguiorem fortunam peruenit, debita, persoluet, sententiam prædictam relaxare procuretis, prout de iure fuerit faciendum. & vide c. Odoardus, de solut. & c. peruenit. de fideiuf. super monasterio grauato onere debitorum. vide formam in quinterno. tit. de vsuris.

Quomodo petitur obseruari sententia interlocutoria, à qua nulliter fuit appellatum, vel quia deserta fuit & committitur eisdem iudicibus.

Quo circa &c. vocatis &c. si vobis de nullitate, siue de fertione appellationis huiusmodi legitimè constiterit, contra prædictum Ioan ad vltèriora procedatis, iuxta ipsam formam & continentiam literarū. Olim huiusmodi literæ etiā cōmittebantur aliis sub forma, vt postquam cognouissent de nullitate vel desertione, remitterēt eam, prioribus iudicibus, vide not. in c. ad hæc. el j. & c. ex-
C 2 ratione.